



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo Ascensionis Domini. Et Dominus quidem Iesus postquam, &c.
Marc. 16. 1. De Ascendentis triumpho, nomine & gloria. 2. Adiuncta
ascensus Domini. 3. Figura de Ascensione. 4. Ascensionis causa ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

impetrare, post hanc verò vitam gloriam æternam consequi mereamur. Ad quam nos Pater & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignentur. Amen.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI

Partitio.

- I. De Ascensione triumpho, nomine & gloria.
- II. Adiuncta ascensus Domini.
- III. Figura de Ascensione.
- IV. Ascensionis causa prior humiliatio Christi.
- V. Posterior cæli referatio.

Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dexteris Dei. Marc. 16.

FIGURA.

ARC A Noe, postquam quadraginta dierum spacio diluuij aquis, ac tempestatibus circumquaq; fuisset agitata, tandem in montibus Armenia fixa stetit. Arca testamenti cum multo iam tempore in castris sub papilionibus & tentorijs castrensibus habitasset, summo tandem honore, magnificentia ac pompa in templum Salomonis deducta fuit. Videas porro hodie vtramq; hanc adimpletam. Hodie enim facta Iesu Christi humanitas, vera Noe arca, cum quadraginta horas in turbulenti Oceano, vero tormentorum diluuiio natasset, ac deinde quadraginta diebus in mudi huius mari fluctuasset, tandem summis cæli montibus requieuit.

Hodie quoque vera illa arca testamenti, cū longo tempore, non dico inter Philistim, sed Iudæos, in agris & deserto mundi huius subfistisset, tandem omni qua fieri potuit pompa, solennitate, triumpho, ac maiestate non in templum Salomonis, sed in regnum cælorum recepta est, atque hoc vt mysteria elucidarentur, oracula vera fuisse comprobaretur, ac Prophetas prænuntiasse constaret: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificatio-

Psal. 131.

nis tua. O diem gloriosum! diem cælorum referatione nobilem! diem Regis Regum coronatione insignem! diem Dei Filij triumpho celebrem! diem ascensione Iesu Christi admirabile! Tu vero Domine, vt digne de his omnibus loquamur, totque mirabilia referamus, Spiritus tui paracliti nobis gratia succurre: tuque gloriosa Deipara, vnica in huiusmodi Oceano fluctuantium cynosura, tuis nobis hic precibus auxiliare: idcirco interea dum Angeli & Cherubini filio tuo symphoniam & laudes decantant, nostras tibi salutationes quas confueuimus offeremus, magna animi deuotione tibi recitantes

AVE MARIA.

Historici prophani, sæculi sui mirabilia secretarij & interpretes, Cæsaris orbis terroris triumphum recitaturi, quo verborum stylo, quo sententiarum pondere ac splendore cunctis de expressuri sint, nesciunt. Quis enim non miraretur Cæsarem hunc solijs & diuitijs onustum, per victorijs tumidum & quadriga triumphali inuectum, quem quadraginta trahebant elephantum, magna pompa & solennitate Romanum Capitolium ingredientem: & Antonium, qui subactis varijs gentibus carpento infedit, cui quatuor leones adiuncti erant; Aurelium etiam, qui ceruus ad quadrigam, equorum loco habuit: sed non minus hodierna die laborantes video sanctos nostros Euangelistas in triumpho Iesu Christi, eiusdemq; glorioso in cælestem ciuitatem ingressu describendo, qui iam non in Hierusalem terrestrem misellis & vilibus animalibus inuectus, vili plebecula stipante & populari solum applausu exceptus, ingreditur, sed cælum empyscum nubibus inuidens & ascendens super alas ventorum, Angelis comitatus, & magno cunctorum cæli ciuium applausu & harmonia diuina exceptus: ignorant inquam, quoniam hunc describant modo, materia vires exuperat: duo ex illis nullo omnino verbum de eodem habent, alij non nisi verbum atq; alterum, quo mysterium magis tegitur quam panditur, proferunt: *Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum*, ait Lucas. *Postquam locutus est eis, assumptus est in cælum*, habet Marcus.

Et sane materia adco sublimis, mysterium adco

Ingressus Christi in cælum.

Myfterium adeo eminens, resq; adeo noua est, vt admirari ascensionis hanc potius quam describere fas sit, homines omnes in admiratione stupore defixi demerentur atq; omnes obtupefcant. *Viri Galilaei quid admiramini aspicientes in caelum?* dictum est de hominibus. Angeli vero perculli apud Prophetam, petunt.

Mat. 1. *Quis est iste qui venit de Edom, vincit vestibus de Bozra.* Et omnes mundi incolae exclamant, *Psal. 8.* *Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in omniuersa terra: quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos.*

Ascensio dicta est admirabilis.

Atq; ideo Ecclesia vota sua ad Deum transfmittens, & praecipua sponsi sui facinora recensens, perq; maxima myteria illum coniuans, de ascensione dum loquitur, admirabilem illam pra alijs appellat. Cum enim dixerit: *Per natiuitatem tuam, per crucem & passionem tua, per mortem & sepulturam tuam, per sanctam resurrectionem tuam, te rogamus, qua primum nouo loquendi more subnectit, per admirabilem ascensionem tuam: quoniam enim natiuitas illius mirabilis, crux & passio nunquam visa, mors & sepultura noua, resurrectio etiam miraculosa fuerit; sola tamen ascensio dici meruit admirabilis, quasi quid maximum admiratione dignum, atque omnium maxime mirabilem, quae vnquam in mundo visa fuerit, aut ab omnipotentiae brachio patrata sunt, compendium.*

In natiuitate illius Angeli caelo descendunt, symphonia caelestis in aerea regione personat, nouae in caelo & nunquam visae apparere stellae, Reges ab ultimo oriente venire, pastores e montanis properarunt, adeo vt Deipara & Ioseph non parum mirarentur, *Erant mirantes Maria & Ioseph.* In cruce & passione Solis deliquium factum est, terra tremuit, petrae scissae sunt, & omnes mirati sunt, *ita vt miraretur praes.* In resurrectione monumenta aperta, mortui resurrexerunt, angeli apparuerunt, inferni claustra disrupta sunt, diaboli colligati, atq; idcirco Apostoli obtupere, *Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus pra gaudio.* At in die Ascensionis maiora etiam miracula apparere, vidimus corpus per aera ludere, caeli ianuas referari, angelos loqui hominibus, mortem in vitam commutari, paradisi hereditatem cerni, hominem Deum fieri ac potestatem in caelos & in terram accipere, *Datus est mihi potestas in caelo, & in terra:*

vidimus illum & elementa transcendere, planetarum orbem transgredi, caelos penetrasse, vltra Seraphinorum gloriam euectum, & in dextera Dei Patris confedisse, *& sedet a dextris Dei.* Quando & vbi tot tantaq; mirabilia visa sunt?

Atq; hanc ob causam factum est, vt Dei Filius, mundi Saluator, qui toto vite tempore a natiuitatis initio ad mortem vsque, & etiam postea, alio die noluerit nomine, qua filij hominis, ascendens in caelum, Dominus sit nuncupatus, *Donec filius hominis a mortuis resurgat; & Filius hominis tradetur, ac deinde, parebit signum filij hominis in nube; & Va autem homini, per quem filius hominis tradetur, &c.* Apud Marcum item, *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare; & apud Lucam: Oportet exaltari filium hominis.* Apud Ioannem & alijs locis saepius etiam in die resurrectionis, Angeli non nisi Iesum a Nazareth illum nominant, *Iesum quarritis Nazarenum.* At in die ascensionis nomen & titulos mutant, Euangelistae & Prophetae Dominum illum nuncupant, *Et Dominus quidem Iesus, ait Marcus. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi, canit Psalmista.* Quali dicere vterq; voluisset, caelos volenter ascensu perumpere, Angelos triumpho percellere, mortem victoria capiuam ducere, ad Dei dextram eminentia sua considerare, aliaq; huiusmodi mirabilia facinora patrare, non Galilaei alicuius opera sunt, aut simplicis filij hominis, sed absolute cuiusdam Domini & supremi Monarchae, qui caelum teraq; imperio suo moderatur, indicia.

Adeo vt Dominus in natiuitate non nisi vermiculus fuerit, de quo legitur: *Ego sum vermis, & non homo, in vita agnus mansuetus; vnde Euag. Ioan. 1.* *Ecce agnus Dei, qui tollis peccata mundi, in morte innocens ouis, praedixere hoc prophetae, sicut Apoc. 5. ouis ad occisionem ducetur.* In resurrectione leo, *Canat. n. Ioan. in Apoc. Vicit leo de tribu Iuda.* In ascensione autem aquila; quod ex oraculis etiam Prophetis discimus, *Ecce quasi aquila volabit.* At aquila imperialis, duobus vno in corpore capitibus, id est, duabus in vna hypostasi naturis, creaturatum omnium Rex, vt illa auium, aquila inquam, quae hodie tam sublime euolat, vt nubes transcendat, caelos penetret, soli quam proxime accedat, & ad omnipotentis dexteram nidum suum collocet; ita quippe hoc Iob Propheta praedicit, *Eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum suum: in arduis, inquam, id est, in mundi*

Marc. 16.

Christus Iesus Dominus dicitur ob ascensionem.

Matth. 17.

Matth. 20.

Matth. 24.

Luc. 3.

Ioan. 12.

Marc. 16.

Psal. 67.

Ioan. 1.

Iesai. 35.

Apoc. 5.

Ierem. 48.

Iob 39.

mundi summitate; in arduis, in vniuersi frontispicio; in arduis, super Angelorum vertices; in arduis, supra omnes omnino creaturas; in arduis deniq; ad dextram Dei, non datur ulterius transeundi ratio, non potuit aquila hæc euolare sublimius. Ratione aquilæ huius euolat etiam Salomon, & ait in prouerbis tria esse, quæ nec à se, nec ab alio quopiam comprehendere possunt, *Tria, inquit, mihi sunt difficilia, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in caelo, viam nauis in medio maris, viam colubri super petram, & viam viri in adolescentia, vel vt septuaginta interpretantur, in adolescentula.*

Prou. 30.

Quatuor Salomon nequit comprehendere.

Prou. 30. Salomon quæstiones proponit, quas non soluit.

Quatuor hæc incomprehensibilia, quatuor etiam sublimia fidei mysteria designant, via viri in adolescentula, mysterium incarnationis, quod omnem humanam scientiam & cognitionem transcendit: colubri reptio super petram mysterium resurrectionis: vestigium nauis in medio mari, mortis & passionis Christi, quando velut nauis quædam prætoriam, & gratia & diuitijs onerata, in medio tormentorum & dolorum oceano fluctuauit, nullo indignationis aut impatientie vestigio aut nota relicta. At volatus aquilæ in aere mysterium denotat Ascensionis, quæ inter alia adeo difficilis, rara, nouaque est, intelligi & comprehendere non potest.

Idem quoque Salomon in prouerbis, omnibus mundi vniuersitatibus nonnullas quæstiones difficiles & intricatas exponendas proponit; quas tamen nec voluit, nec potuit soluere: dicit enim: *Quis ascendit in caelum, atque descendit: quis coarctauit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ?* Eia Salomon, equidem hic tibi exponam, ego te ab omni scrupulo liberabo, & tuas quæstiones dissolue- re conabor; ipse Christus est, ipse enim solus & nullus alius, in manibus humanitatis nostræ diuinitatis suæ magnitudinem, quæ infinita quidam Spiritus est, ponere potuit: ipse omnia peccata nostra, quæ per aquas in scriptura designantur, sub humanæ naturæ vestimento comprehendit, ipse suscitauit, id est, redemit homines simul, & qui longe erant, & qui prope, inter mediam rumpens maceriem, ex vniuersis sibi genus electum constituens: deniq; ipse est, qui iam olim caelo descendit, & hodie mirantibus hominibus, & Regibus imprimis,

ascendit; ait siquidē regius Propheta, *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum.*

Mirum est, quibus Scriptura verbis Eliæ Prophete ignis quadrigis per nubes raptum exprimat: qui adeo mirabilis existit, vt Elisæus, qui rem oculis vidit, rei nouitate fuerit percussus, Sed hic raptus est, si cum Iesu Christi ascensione conferatur: si videamus Regem Regum, peccati, mortis, ac diaboli spolijs onustum, gloriosum, victorem, & triumphantem super æthereos axes, æternosque fornice ascendere? si videamus Deum hominem, & hominem Deum non iam Eliæ instar, in sublime rapti, nec ab Angelis instar Abrahamæ uehi, non Enochi in morem, inuisibiliter transferri: sed propria virtute super omnes cœlestes sphaeras ad summum vsque cœli empyrei cacumen ascendere. Audite canentem Psal. 120. *Exaltare Domine in virtute tua.*

Hoc Euangelij hodierni materia & triumphus, qui hodie in caelo magno tum hominum, tum Angelorum stupore peragitur, quem sanctus Marcus quàm paucissimis verbis describit, *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei: quem vt ipse vobis pro dignitate describam, rem duas in partibus diuidam: prima magnitudinem ac splendorem, & omnes illius circumstantias exponam: altera causas & rationes tam magnifici introitus vobis recensabo: atque è duobus hisce punctis totam mysterij ascensionis essentiam, omniaque illius mirabilia colligere poteritis.*

Quod ad primum igitur spectat, Dauid Propheta omnem triumphum huius apparatus præuidens, eiusque particularitates & maiestatem describere satagens ait: *Curru Dei decem millium multiplex, millia latantium, Dominus in eis in Sinai in sancto, ascendisti in altum, captiuam cepisti captiuitatem.* En Dei in montem Sinai ad legem veterem Iudæis dandam descensum cum Christi in caelos ad legem nouam & dona Spiritus sancti imperpetua ascensu comparat, ac dicere vult, quemadmodum tunc, cum Deus cum maiestate in montem Sinai descenderet, curru decem Angelorum millibus stipato inuictus est: ita

ita quoque cum Christus celos ascendit, tanta illum pompa, & magnificentia ascendisse, ut curru triumphali infederit, Angelorum & Seraphinorum multitudine stipatus. Radix enim Hebræa, è qua vox hæc translata, quæ est, *Rabbot*, p. oprie significat, *Bis decem millia*, at Græcum verborum *μυριάς* decem millia denotat, & ytrumque pro mille millenis sumitur: adeo ut quando Christi currus decem millibus multiplex dicitur, tantumdem sit, ac si dicas ab infinita illum cœlestium Spirituum multitudine tractum.

4. Reg. 6. Et mirum hoc nemini videri debet, si enim ad Eliæ conseruationem custodiamque cœlum tot equos & currus igneos emisit, totus ut mons exardescere & plenus equis & curribus fuisse visus sit: de quo scriptum est, *Ecco mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæ*: quanto potiori iure decebat filium ad triumphum honorem & introitus gloriam, magno Angelorum & curruum numero stipari: *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Psal. 67. Currus idolorum varia trahant animalia. Ethnici superstitione idololatrica exæcati credebant Deorum suorum simulacra à diuersis animalibus trahi: Saturni à serpētib; Bacchi à tigrib; Neptuni à Delphinis, Solis ab equis, Veneris à columbis. Hæc non nisi inania & fabulosa sunt, ac certum est currum triumphalem Dei nostri ab Angelis trahi, *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Psal. 67. Angelos autem Seraphinos, Cherubinos aliosq; Spiritus cœlestes, sedes & currus Diuinæ maiestatis esse, docet multis in locis sacra scriptura, ac præsertim in Psalmis, *Qui sedes super Cherubim.*

Psal. 79. Terminus ascensionis Christi cœlum empyreum. Hoc igitur apparatu ab hoc mundo ad cœlos transit, huiusque admirabilis ascensionis terminus fuit cœlum empyreum, quod omnium cœlorum extremum & altissimum est, nam post septem planetas firmamentum, primum mobile & crystallinum, sequitur ex omnium Philosophorum & Theologorum sententia, cœlum empyreum, Beatorum domicilium, & Iesu Christi ascensionis finis: ait enim Apostolus, *Christus ascendens in altum, & ante illum Psaltes, Ascendisti in altum, vel, ut Tertullianus legit, sublimitatem.* Et hæc non sine ratione & certo Spiritus sancti instinctu, ut ita plurimæ hæreses confutarentur, asserentes Christum solarem spheram non

Bess. de Sanctis.

esse prætergressum, atque hic iter & ascensum terminasse, corpusq; suum reliquisse, his potissimum verbis Psalmistæ errorem suum stabilientes: *in sole posuit tabernaculum suum*, & sententia illa Redemptoris, *Ego sum lux mundi.* Tales autem fuisse Seleuciani, Hermiani, Passionistæ, Hermogeniani, atque in primis Manichæi, qui idcirco solem adorabant, atque toties erroris huius tenebris inuoluti, è creatura Creatorem constituebant, ut tradunt S. Gregorius Nazianzenus, S. Augustinus, S. Leo sermone quarto de natiuitate Saluatoris. Sed docte eleganterq; errorem hunc confutarunt magnus Tertullianus, Gregorius Nazianzenus, Theodoretus libro primo de Hæreticorum fabulis, & Augustinus capite quinquagesimo nono de hæresibus.

Verissimum est, & articulus quidam fidei, Quod die Saluatorem mundi hodierna die summum cœlorum adijisse: at quo die & qua hora hoc factum sit, non vsque adeo certum est. Constat tamen è Chronologia & supputatione ætatis Christi, obiisse illum 25 Martij, resurrexisse 27. ad cœlum vero ascendisse quinto Maij, tringinta trium annorum & quinque mensium cum esset; at quonam hoc die factum sit, controuersum est. Credit enim Ioannes Chrysostomus sabbati illum die ad cœlos conscendisse: Epiphanius vero, Mercurij, atque ideo veteres Christianos in memoriam Ascensionis Dominicæ ieiunare consueuisse: at ætutum mihi sit verisimile, alijsque accedere malo, dicentibus die Iouis illum cœlos petiisse, quod etiam verisimile est. Docet enim Tropologica & Anagogica causa æquum fuisse, aut saltem decorum & consentaneum, eo die piscatores hominum emitti, quo pisces conditi esse traduntur. Atqui primo Iouis mundi die squamati ciues creati fuerunt, & in maris possessionem adiere.

Aequum etiam erat, magnam illam aquilam, quo die sublimem euolare, quo reliquæ volucrum turbæ volare olim cœpissent: Iouis autem die aues aerem petere & alas mouere volando cœperunt. Ad hæc ratio etiam docebat, magnum illum Dominum eo die exaltandum & sustollendum, quo iam ante deiecerat se ante pedes proditoris Iudæ: atqui hæc omnia die Iouis acciderunt. Denique æquius videbatur, diem illum magno & omnipotenti Deo dedicari.

dicari, qui à veteribus infami Ioui dedicatus
esset. Atque ideo in primitiua Ecclesia factum,
vt dies Iouis non minus sanctus esset quam
Dominicus, nec eodem, sine piaculo, ieiunare
fas erat.

Hora qua
Christus in
caelum ascen-
dit.

De hora iam, cum de die constet, disquiren-
dum est. Magnus Doctor Augustinus, atque
omnes propemodum Patres veteres credunt,
meridie ascensum hunc contigisse. innixi ver-
bis Psalmi quinquagesimi quinti, cuius verba,
Vespere & mane & meridie narrabo, exponens
Augustinus, hac paraphrasi usus est, *Vespere*
Dominus in cruce, mane in resurrectione, me-
ridie in ascensione, ac deinde prosequens: *Et*
enarrabo vespere patientiam morientis, annun-
tiabo mane vitam resurgentis, orabo ut exau-
diet meridie sedens ad dexteram Patris.

Nonnulli
credunt
hora tertia
pomeridia-
na illum
ascendisse.

Verum tamen est nonnullos huic opinioni
aduersatos dixisse, hora nona, id est, tertia po-
meridiana ad caelos illum ascendisse, quod ead-
em illa hora in cruce exspirasset, & quamprimum
anima egressa inferos adisset: quin &
eadem illa hora primo mundi die Adam è
terrestri paradiso eiectus erat. Atque hoc satis
probabile videri censeo, certum enim est, eod-
em die Christum cum Apostolis prandisse,
Marc. 16. Nouissime autem recumbentibus undecim, ap-
paruit, &c. Atqui prandium illa aetate apud
Iudaeos hora sexta, id est, in puncto meridiano
famebatur, verisimile quoque est temporis a-
liquod spatium elapsum esse, antequam ad
montem Oliueti peruenirent, & interea
dum illos compellaret, ac supremum vale di-
ceret.

III.
Egregiae fi-
gurae in die
ascensionis
completae.

Quicquid de rei veritate sit, non nisi merae cu-
riositates sunt & problemata, quae vtramque in
partem disputari possunt, cuiuslibet vt arbitra-
rium, sit quam libuerit sequi: credendum ta-
men certo est, Christum hodie in caelo cum
corpore simul & anima omnia diuinitate ascen-
dissse, ad dextram Dei Patris cõsedisse. Hac
quippe ratione Prophetarum oracula vera
fuisse comprobauit, simulque veteres se figu-
ras compleuisse. Ita enim maxima Patrum no-
strorum pars affirmat, qui veterum oracula &
figuras explicantes, propemodum ad festi hu-
ius honorem adaptant. Veterisimus omnium
Origenes, alijs viam patefaciens, diem hunc
gloriosum & triumphantem diei veteris le-
gis comparat, quo summus Pontifex in san-

Hom. 9. in
6. 16. Leuit.

ta Sanctorum ingredebatur, atque conceptum
hunc ab Epistolis Paulinis videtur mutua-
tus: *Habemus ergo Pontificem, qui penetravit Heb. 4.*
caelis.

Magnus Augustinus Sampsonis historiam
mystice exponens, ac cum portas visis Ga-
zannis violenter ablatas in montis verticem tu-
lit, ait Iesum Christum verum Sampsonem fuisse,
qui inferni cardinibus & claustris effractis,
portis ablatas, atque omni potentia illius & si-
muletiam mortis destructa, ad supremum
montis caelestis cacumen ascendit: *Noster hic*
Sampson ablati portis, imperioque inferni &
mortis, ascendit in cacumen montis caelestis.

Idem Augustinus idem ipsum tropologicè
exponens, aliam simul figuram producit, &
Iacobi peregrinationem in scenam produ-
cens ait, quod quemadmodum Patriarcha hic
solum baculo instructus aquas Iordanis pertran-
sijt, & in regionem alienam secedens, diues
in patriam reuersus est, duos ille cum populis
adducens, atque summa deinde pace perfrui-
tus est, ita Iesus Christus cum aquam & tor-
rentem passionis crucis baculo instructus per-
transijt, & ad mundi vsque terminum, imò
ad inferos vsque pertigisset, hodie in pa-
triam suam & ad Patrem diues & opulentus
duobus populis comitatus reuertitur. Verba
sancti Doctoris profertur merentur & audiri,
Noster Iacob baculo crucis mundum apprehen-
dit, & cum duobus populis ad patrem redijt
triumphans.

Aliud quoque exemplum producit Hiero-
nymus, figuram inquam David Goliadam su-
perantis: Nam vt paruulus ille pastor, ani-
mosus tamen vt qui maxime lapidibus & fun-
da instructus, postquam carneam illam mo-
lem ac Philistinorum Ducem, qui omni-
bus regni Israelitici Principibus dudum in-
sultarat, superasset, magno cum honore, har-
monia & gloria à ciuibus Hierosolymitanis
exceptus fuit, ita Christus noster, postquam
vasta inferni monstra, mortem, peccatum ac
Diabolum humanitate nostra indutus, sed po-
tentia singulari deuicisset, hodie victor & o-
uans Ierusalem caelestem ingressus, magno
applausu, canticis & gaudio exceptus est, ver-
borum illius recordor, *Noster David Goliath*
obruicato in ciuitatem caelestem cum canticis
excipitur.

S. Greg.

Hom. 29.
Euang.
Serm. de
ascen.

S. Gregorius & Cyrillus aliam de Eliæ raptu figuram producant, hocque mysterium tractantes dicunt, quemadmodum magnus Propheta non sine miraculo per turbinem in cur un igneum abreptus fuit, & per aera trāfectus, ita quoque Christum, magnum Prophetarum Principem nubis adminiculo cœlos penetrasse: vnum tamen discrimen inter utrumque fuit, quod Eliæ turbine subito abreptus fuerit, Christus vero sua ipsius virtute & omnipotentia in sublime sensim euectus, quo facto homines simul & angelos, omnemque adeo naturam in admirationem rapuit. Audite illum loquentem, *Eliæ ascendit per turbinem in cœlum, &c.*

Beda &
Glossa ordi-
naria.

Venerabilis Beda & Glossa ordinaria figuram arcæ fœderis producant: sicut enim inquit, arca pretiosum illud mysterium, postquam varia adijisset pericula, multoque tempore in barbarorum regione commorata esset, tandē magna cum maiestate in medio templi Salomonici sub alis Cherubinorum fuit collocata: ita quoque Christus Dominus, cuius sacra humanitas vera fœderis arca dici potuit, postquam plurima pericula adijisset, quin & vitam amisisset, multoque tempore inter inhumanos atque immites Iudæos habitasset, hodie egressus magno honore ac triumpho in cœlum receptus est, & in loco sibi debito collocatus. Hodie, inquit Beda, *arca inferitur in locum suum.*

Serm. 10.
ex paruis

Mellifluus Bernardus Isaiæ Prophetiam profert, & Messiae nomina ac titulos, quos illi Propheta elagitur, paraphrastice exponens ait: *Hodie, inquit, ille qui Esa. 9. cum natus fuit admirabilis, prædictus, consiliarius, in miraculis Deus fortis in passione, pater futuri sæculi in resurrectione, ascendens Princeps pacis, fuit in perpetua beatitudine.*

Post magnos illos viros ac doctores mecum quoque symbolum huc afferre est animus. Igitur cum video miserum illum crucifixum hodie in aere triumphare: ipse mihi persuadeo, videre me seruum illum, de quo ad Philippenfes Apostolus locutus est, *Formam serui accipiens, & habitu inuentus ut homo.* Hodie in libertatem essetum, emancipatum, & à Patre æterno super omnes omnino creaturas eleuatum. Hinc eius sortem prædixerat Isaias, *Ecce seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.* Verba sunt Patris cœlestis de

filio suo, in quantum homine, loqueatis ac dicentis, *Seruus meus exaltabitur super omnes homines, eleuabitur super omnes cœlorum orbis, & sublimis erit valde super omnes Angelos: & adorabunt eum omnes Angeli eius.* Ad hoc: Hodie quoque magnum illum peregrinū, de quo apud Luc. scribitur, *Tu solus peregrinū in Ierusalem: cōfecto peregrinationis suæ itinere felicem in patriam reuert.* Docuit hoc me Apostolus ad Ephesios scribens, *Quid est quod ascendit, nisi quod & primum descendit, &c.* O felicem reditum! O beatam ascensionem! Quoniam Apostoli & Prophetæ peregrinum hunc ascendisse dicitis? Ascendit in locū abundantie & vbertatis, vbi nihil omnino requiritur, *Præputaria illorum plena erit. Tantiā ex hoc in illud, ait vnus Propheta. Ascendit in domū delicias & voluptatibus redundantem, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrentis voluptatis tuæ potabis eos, ait Psalmista. Ascendit in ciuitatem auro stratam, & vndiq; auro collucentem, ipsa ciuitas aurum mundum, scribitur in Apoc. Ascendit in palatium regium, in quo tam excellentia tabernacula, totq; egregiæ habitationes, & mansiones oprabiles: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel!* in Numerorum libro legitur. Ascendit in locum, in quo vox latit & de cantica iucunditatis & gaudij semper audiuntur: *Vox exultationis & saltus in tabernaculis istorum:* canit Pfalter. Ascendit in locū, cuius habitatores beati sunt, *Beati qui habitant in domo tua;* canunt Principes. Ascendit deniq; in ecclestem illam Ierusalem, quam describit Apostolus: *Ierusalem qua sursum est libera mater nostra.* O febecem ciuitatem! O patriam vere iucundam! cuius Epithetum est *visio pacis*, cuius situs in altum: conditio, libertas, cuiusq; plenitudo, charitas, sed iam ad lineam.*

Adiungo quoque, Philosophi, hodie verum Christum illum solem conspici, qui oritur, qui vertitur, soli collatus. vt in scriptura legere est, *oritur sol, & occidit:* Eccl. 1, sol hic ortus & natus in mundo est, quando carnem humanam induit: toto quo vixit tempore gyravit: occidit vero, quando mortuus est: per resurrectionem denuo redijt, & hodie per ascensionem ad natiuitatis suæ locum reuertitur, suffragatur conceptui meo Psalmista dicens, *A summo cœlo egressio eius*

Et occurfus eius vsque ad summum eius.
Natalis Co- Poeta nugiuenduli tradidere iam olim, quo
mes in My- duos heroes Bellerophonem & Perseum ce-
thologia. lebrarent, illum quod immanem belluam su-
 perasset, & fontem Hypocrenes Pegasi equi
 sui vngula excitasset, ad caelum euectum:
 hunc vero quod Medusam occidisset, tortitu-
 dine sua meruisse in caelum recipi, & inter a-
 stra collocari. Hoc non nisi fabula est, & gentili-
 tatem sapit: vt Christianum est & verum Chri-
 stum Redemptorem verum fuisse Persea, &
 Bellerophonta: immanibus enim monstris per-
 domitis, peccatis inquam & Diabolis, & Me-
 dusa, morte scilicet deuicta, & candido huma-
 nitatis suae eoq; fonte aquarum viuentiu refe-
 rato (*haurietis aquas de fontibus saluatoris*)
Isai. 48. meruisse hodie caelo recipi & iuxta Patris dex-
 teram collocari: nemo vero cogitet imagina-
 tiones has esse vanas & nullius momenti. Io-
 annes enim Euangelista in Apocalypsi sua no-
 bis eum Bellerophontis instat, aut equitis ge-
 nerosi quo albo insidentis, cui corona datur,
Apos. 6. describit. *Ecce equus albus, & qui sedebat super*
Comment. *illum habebat arcum, & data est ei corona, &c.*
Pindari. Et quoniam de monstrorum domitoribus
 loqui coepimus, & fabulas recensere: quicum-
 que is fuit, qui in Pindarum commentatus est,
 refert eodem illo die, quo monstrorum do-
 mitor Hercules obiit, Graeciae Principes & Sa-
 trapas collectos, oraculum Delphici Apollinis
 adisse, consulturos, quem afferre mortuo ho-
 norem possent, cuius vita adeo celebris & ad-
 mirabilis extitisset: Respondit Deus, illo eum
 die vt heroem colendum, sed sequentibus &
 omni post tempore, vt Deum illum honoran-
 dum & adorandum. scio hoc non nisi pagano-
 rum naenias & ineptias esse: ipsa tamen veritas
 est, nos, si vera caelorum oracula, & sanctas
Mythologia scripturas consulere voluerimus, vt sciamus
exposita. quis honos Christo reddendus sit, que in cruce
 mori vidimus, vero mundi Herculi monstro-
 rum domitori, qui mortem moriendo destruxit,
 peccatum extinxit, Diabolum prostravit,
 quae tria horrenda & immania monstra, audi-
 tores, in die illum passionis magni & generosi
 Herois instat honorandum, ac imposteru post
 resurrectionem, & hodie & in sempiternum,
 vbi viderimus illum ad caelum conscendere, vt
 verum Deum adorandum & colendum. Nam
 hoc pacto ascendere, tanta victoria plaudere,

huiusmodi triumphu recipere, Angelos admi-
 ratione percellere, super omnes creaturas col-
 locari, naturam stupore confingere, non nisi di-
 uinae cuiusdam maiestatis est, & ad supremam
 potestatem imperiumque spectant. sed plura
 circa priorem hanc partem non dicam, ne ad
 secundam minus instructus accedam, ad quam
 me iam accingo, causas vobis declaraturus: ob
 quas Redemptor ad caelum secedere terramq;
 deserere voluerit.

Nouam igitur hanc materiam vt auspicer,
 Auditores, notandum, e sexcentis, quae glo-
 riosae huius & admirabilis filij Dei ascensionis
 dari possent causis, duas in primis, velut prima-
 rias ac praecipuas notari: ob quas aequum, con-
 sentaneum, imo necessarium erat illum ab hoc
 mundo recedere, atque in caelos, gloria caele-
 sti perfruiturum, terrenas haec & corporis mi-
 serias pertaesum ascendere. Prima, cum e-
 nim se humiliasset, par erat atque oportebat
 illum exaltari: ita quippe in Euangelio decre-
 tum erat, *qui se humiliat, exaltabitur*. rationis
 huius fundamentum subternit Paulus, dum
 ait, *Humiliavit semetipsum, factus obediens vs-*
que ad mortem, mortem autem crucis: propter
quod & Deus exaltavit illum, & donauit illi
nomen, quod est super omne nomen. O sancta &
 venerabilis humilitas, quanta tua, tum in cae-
 lo, tum in terra vis ac potentia! sustollis qui te
 confectantur, deprimis qui te contemnendo
 deprimunt. Tu primum mobile gloriae & as-
 censionis filij Dei, iuxta Apostolum, *Qui de-*
scendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos. Di-
 cere volebat, filij Dei cum ascendere in caelos
 vellet, oportuisse descendere in terram, ac te, o
 superbe! viam caelum versus edocere: scilicet
 priusquam ascendere possis, esse tibi descende-
 dum. Descenderat Christus in terras, imo ad
 inferos vsq; descenderat: aequum igitur erat
 ad supremum illum locum euolare, ait enim
 Euangelista, *Assumptus est in caelum.* Solent fon-
 tes tantum ascendere, quantum scaturigo &
 ortus eorum deprimuntur. Christus noster &
 Prophetis fons appellatur, *Apud te est fons vi-*
tae, & deinde, ad Deum fontem viuunt, & ab alio:
In die illa erit fons patens, &c. Insignis hic fons
 vsq; ad terrae centrum descenderat, necesse igitur
 erat ad supremum vniuersitatis cacumē, &
 altissimum mundi gradum illum sustolli. Co-
 ceptum hunc confirmat Psalmographus, sed
 vrbis

IV.
 Cur Chri-
 stus in coe-
 lum ascen-
 derit.

Christi hu-
 militas ex-
 altationis
 causa.
 Philip. 2.

Humilita-
 tis virtus.

Fontium
 proprietates.
 Psal. 35.
 Psal. 14.

Psal. 109. verbis mysticis & allegoricis, De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput: perinde ac si diceret, Eo quod mundi Saluator tam profundè descendit, vt de aquis mortis, & torrente passionis biberit, ideo & glorioso & triumphanti ascensionis suæ die caput exaltabit, cœlos ingressus, & Angelorum etiã sedes transgressus. Quod insignibus iam figuris confirmabo.

Isaia 38. & *4. Reg. 20.* In Horologio Ezechia decem lineis sol reuertus est, ac confectum iter repetijt: quod numquam visum antea, & penitus inauditum. Christus noster, Auditores, lucidus hic sol fuit, qui in naturæ horologio cum à maiestatis suæ magnitudine decem gradibus recessisset, nouem Angelorum choris factus inferior: Minuisti eum paulo minus ab Angelis: ac deinde hominem induens, *verbum caro factum est* (Ecce decem reuersionis gradus) hodie solitum iter arripens, ad eandem lineam, à qua digressus erat, reuertitur. Aud te veritatem, *A summo cœlo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius: iuxta Euangeliũ, Assumptus est in cœlum.*

Psal. 8. *Ioan. 1.* *Psal. 38.* *Iob 2.* Iob speculum patientiæ, cum è diuite & opulento, vt pote qui in Scriptura Rex dicitur, cum ad tantas angustias redactus esset, nudus vt in firmario recubaret, vlcerosus, fame & vulneribus plenus, & varijs intrinsecus repletus miserijs, cum deinde patientia sua inuicta omnem afflictionem, & aduersæ fortunæ impetus eluderet: ita denique sublimatus est, vt solito factus sit opulentior, & geminato fœnore cuncta illi cœlum reddidit, *Omnia rediit illi duplicia.*

Iob 42. *Iob 42.* Verus Iob fuerat Redemptor noster, qui diues & locuples cum esset, (*Gloria & diuitia in domo eius*), ad tantam se paupertatem deiecit, vt non habuerit, vbi caput reclinaret, & mori adhæc in cruce nudus debuerit. Sed humilitas & patientia tua ita tandem eum eleuarunt, vt hodie ad cœlum ascendat, omniaque illi duplicia sint reddita, gloria corporis & exaltatio nominis. Vnde scriptum, *Gloria & honore coronasti eum, &c. Exaltatum est nomen eius solius.* Quod vtiq; amplexus Euang. lista ait, *Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.*

Psal. 18. *Psal. 148.* Eheu Domine, cum de fortunæ tuæ mutatione iam agere cœperim, aliud quid de hac dicere velim, sed non ausim nisi petita prius à

te venia: atque huic confisus, dicam liberè & audacter, verè te filium illum prodigum fuisse, quem Euangelium describit. Tu liquidem, cum olim Patris tui cœlestis domum deseruisses, in longinquam mundi huius regionem secessisti, in qua prodigè & splendide cum animabus peccatricibus viuendo, omnem substantiam tuam dissipasti, gratias, merita, sanguinem & vitam prodegisti, atque ideo fame pressus in deserto, & præ siti aridus in cruce exclamasti. Sed hodie oculis in cœlum sublatis, ad patriam domum reuerteris, in qua tato cū honore, voluptate & iubilo exciperis, nihil vt vnquam simile cœlum viderit, vel terra audiuerit, *Ascendit Deus in iubilacione, & Dominus in voce tubæ.* Nihil hic quàm canus in acre, quàm applausus in cœlo, & sanctorum Angelorum acclamationes exaudiuntur. Sed pergamus in figuris, & in Euangelio, *Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei, &c.*

Dauid puer cum aduersus Philisthæum configere proposuisset, Regijs indutus armis id efficere nequijt, sed victoriam iam consecutus, & hoste profligato ad Regem se contulit, qui splendidis eum vestibus induit, omnibus illius & virtutem & animum tum mirantibus, tum laudantibus. Factum hoc ascensionis Dominicæ adaptando, dico Christum cœlo ad magnum inferni Goliadam expugnandum descendisse: sed regijs diuinitatis armis id præstare nequit, (nam in quantum Deus, mori non poterat) sed victoria in passionis conflictu obtenta, & inimico in monte Caluarie fuso & profligato, idque crucis baculo, hodierna die ad aulam cœlestem proficiscitur, atque coram Rege Regum regijs indutus vestimentis se sistit, mirantibus tam hominibus quàm Angelis, eiusque facinora & mirabilia decantantibus, eo quod *assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.*

Ioseph postquam iniquo fratrum molimine diuenditus, iniquè à nefaria ac lasciuia Putipharis vxore adulterij accusatus, & in carcerem coniectus esset, tandem Dominus carceris factus est, ianuas incarcerationis aperuit, habitum simul & sortem mutauit, Pharaoni Regi oblatum, ab illo in currum regium euectus, atque vniuersi regni vicarius ac præfectus constitutus, & vulgari Aegyptiorum vocabulo mundi Saluator est nuncupatus. *Fecitq; eum*

Christus filio prodigo similis. *Luc. 15.*

1. Reg. 17.

Christus Dauidi similis.

Gen. 41.

Ascendere super curru suum, &c. & vocavit eum lingua Aegyptiaca Salvatorem mundi. Quod deinde Plalmista repetens, ait: Constituit eum dominum domus sua, & principem omnium possessionum sua. Nemiini igitur dubitare fas est, quin Ioseph hic vera Iesu Christi figura fuerit: ipse namque Iosephi instar, à ludæis, qui fratres illius secundum carnem, diuenditus fuit, ab adulterina Synagoga accusatus, & in mortis carcerem coniectus: sed tandem absolutus Dominus factus est, & captiuos ergastulo soluit: Factus est inter mortuos liber, & captiuam duxit captiuitatem, & hodie curru triumphali inuectus, gloria vestitus coram Patre æterno se stitit, qui illi omnem in cælo & in terra potestatem dedit: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra, vultque illum ab omnibus vt Principem ac mundi Salvatorem agnoscei.

Videor mihi, auditores, cū hæc omnia audio, illum hodie egros penetrantē, & vltra cæli conuexa, ea forma, qua illum olim Ioannes in Apocalypsi vidit ascendentem, videre vultu solis instar rutilante, oculis stellarum ritu micantibus, crinibus vt lana mollibus, vestibus niuis instar albicantibus, & zona aurea renes accinctum, iride velut diademate redimitum, pedibus ere durioribus & symbolum hoc in signibus inscriptum habentem: *Rex Regum, & Dominus dominantium.*

O gloria! o triumphe! o admirabilis ascensio! Princeps hic triumphans diabolum constrictum pedibus premit, mors illum pallens ac tremens sequitur, peccatum penitus distractum est, Philosophi conuicti obmutescunt, Reges & Imperatores coronas & sceptrā abicientes illum supplices adorant, Apostoli vbiq; terrarum triumphum illius diuulgant, & Euangelistæ victorias describunt: *Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.*

O rerum vices! o nouitatem inauditam! o factum nouum! Viuat, viuat igitur humilitas, cū huiusmodi triumpho causa sit, cū miserum hunc Gallæum, haud ita pridem in stabulo natum, in cruce mortuum, inter latrones cruci affixum, tam sublime euehat, vt aquilones illi in nuncios, sanctos in stipitatores, Angelos in milites tribuat.

O vicissitudinem admirabilem! qui paucis abhinc diebus latronibus proximus fuit, hodie

in Dei Patris confidet dextera: corona spinea in coronam gloriæ commutata est: cæli cedunt corpori illi vulnerato, limbo, sanguinolento, adorant Cherubini vultu consputum, & omnipotens Deus hunc miserum condemnatum supremum viutorum ac mortuorum iudicem constituit: *Pater omne iudicium dedit filio, ait Ioan. 5.* Ioannes. Ego verò iam aliam triumpho huius causam commemorare pergam.

Secunda ob quam Saluator cælos conscendit, causa fuit, nobis vt aditum referret, viam patefaceret, nosque ad illius exemplum eodem conscendere possimus. Hanc autem rationem è sancti Pauli verbis elicio, qui sæpius in epistolis suis ita argumentatur: Si Christus resurrexit, ergo & nos resurgemus; quod autem ille de resurrectione, quid obstat quò minus ipse de resurrectione dicam. Christus in cælum conscendit, vt nos eodem ad illius exemplum conscendamus. Eandem rationem assignat S. Leo Papa, *Christi ascensio nostra est prouectio, & quò præcessit gloria capitis, eò vocatur & spes corporis.*

Egregium è sancti huius Pontificis verbis conceptum elicio, scilicet, si corpus alicuius hominis scitè proportionatum sit, & debita dimensione constet, capite per foramea aliquod transeunte, reliquum corpus etiam transiturum. At si gibbosum sit, si stomachus tumeat, si venter obesior sit, aut caput etiam nimis exile, locum hoc non habere, proportio siquidem necessaria est. Caput nostrum Christus est, *Ipsum dedit caput super omnes, ait ad Ephesios Apostolus, & alibi: Ipse est caput corporis Ecclesie. Ecclesia enim corpus est & nos illius membra, Vos estis corpus Christi, & membra de membris, ait idem Apostolus.* Cū igitur hodie gloriosum caput cælos penetrauerit, credendum & sperandum est, nos eodem etiam peruenturos, cū illius simus membra, modo capiti proportionaliter respondeamus, absint modo à nobis superbia tubera, ambitionis tumor, & gulae grossities.

Si quando magna nauis classis ventis, & tempestatibus agitata de salute desperat, aliam tamen nauim portum subire conspicit, cætere ipse concipiunt eodem pertingendi. Si quis miles ducem explicatis vexillis murum hostilem videt conscendere, animum sunit, & facta tormento via, eodem percurrere satagit, breui se

Apoc. 1.

Altera ascensionis Dominica ratio.

V. Ser. 1. de Ascens.

Ephes. 5. Col. 1.

1. Cor. 12.

Similia.

Christi ceruicem.

Mundus
bellum est.

Iam. 3.

ui se urbem ingressurum sperans. Mundus hic auditor mare est, Ecclesia classis, nos vero nauicula, at qua quotidie in naufragij periculo versetur, sed cum hodie nauem illam regiam humanitatis Iesu Christi ad caelum, quod salutis portus est, peruenire videamus, spem & animum concipere debemus. eodem nos aliquando post illum peruenturos, mundus hic etiam merum bellum est, nos illius milites, Christus Dux noster; cum vero hodie illum regio crucis suae vexillo explicato caelorum maria vallumque transcedere videamus, hoc addere nobis animum debet ad conflictum, & eodem nos ingressuros, quo caput nostrum transire & ingredi potuit: Regnum enim caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Arca Testamenti populum semper ad iter patefaciendum, & Iordanis fluenta peruadenda praecedebat, quod reliqui tunc ac securus in terram promissionis tendentes sequerentur: *Eccae arca foederis Domini omnis terra antecedit vos per Iordanem.*

Admirabilis haec arca allegoricè sacrae humanitatis Iesu Christi figura erat, quae cum nos, qui Ecclesiae agmen constitutus, per vnda & fluctus torrentis passionis praecessit, atque hodie etiam recta in caelum, quae terra promissionis, praecedat, credere haud dubie oportet, non ob aliam id fieri causam, quam vt aditum patefaciat, noque ad sequendum inuitet.

Cervi fluium aliquem, aut sinum marinum tranaturi, referentibus Plinio, & D. Augustino in libris de ciuitate Dei, quo ad Insulas perueniant, pro more habent, vt validissimus & generosissimus in aquas se conijciat, impetu fluctuum aduerso pectore perfracturus, atque caeteris ducis & ductoris vice futurus; tum secundus prioris tergo ramulorum cornuum pondus imponit, ac secundi tertius, ac tertij quartus, atque ita prioris conducti caeteri omnes longa serie flumen pertrumpunt, & in aduersam ripam perueniunt.

O egregium & materiae meae accommodatum conceptum! mundus hic mare est, caeli vero insula fortunatae, nos vero timidi cerui: mare hoc traiciendum erat, quo ad beatorum regionem pertingeremus; ecce Christus velut ceruus primarius, & quo nullus vnquam in mundo validior (de quo dicitur, *quemadmo-*

dum desiderat ceruus ad fontes aquarum. & a Cant. 3. libi: *Assimilare capreae, hinnuloq; ceruorum*) qui se iam a longo tempore in passionis oceanum coniecit, per medios fluctus mortis pertrumpens, aera hodie magis ac magis accedit, elementa transgreditur, planetas transcendit, & ad Patris dextram residet; huic proximè incubuit Adamus, Adamo Abraham, Abraham Isaac, Isaac Iacobo, Iacobo Ioseph, Iosepho Moyles, David Moyse, & sic de caeteris, atque omnes sentiatim, qui Christi velut capitis, ducisq; ad inuicem ad beatitudinem pertrungunt. Audite quo pacto Paulus hoc describat: *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem;* quasi diceret, Christus cum ad caelos Alcedit, caeteros Patriarchas secum fecit Alcedere: vtque triumphum suum magis condecoraret, omnibus Patribus, quos limbo eduxerat, si pari voluit.

Naturalium rerum scriptores tradunt pantheram, praestans & maculosum animal, cum spelæo egreditur, & in apertum aera prodit, tam gratum odorem spargere; caetera vt ferae antas desertis eandem non vocatae sequantur. Num hoc verè ita se habeat ignoro, licet tamen Christum pantheraè per similem esse egregium, insignem, varijsq; coloribus resplensum, vt ipse qui Deus simul & homo; atque hodierna die deserto mundi egressum & caelestes agros peragrantiem tam iucundos & gratos odores emittere, caetera vt creaturae Patres inquam veteres, sepulchris suis egredi, limbū, carcerem, imò mundum deserere cogatur, eūq; ad caelos vsque assiduo cursu sequi. Audite vt ad conceptum nostrum etiam Salomon alludat: *Curremus in odorem unguentorum iuorum.*

Solet succinum, vt docent Philosophi naturales, pro naturae suae proprietate, paleas, & festucas à terra sursum sustollere. Quod materiae meae adaptando, dico Christum lapidem esse; ita enim illum Paulus nuncupat: *Petra autem erat Christus, & lapis quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli.* Sed lapidem succineum, nos vero festucas & paleas, & stramen (*Omnis caro foenum*) lapis hic hodie in caelum sublatus omnium sanctorum Patrum chorum ad se trahit, atque à terra sursum eleuat. Audite quid hic dicat Apostolus, *Ascendens Christus in aethr* Ephef. 4.

Ephef. 4.

Succini natura.

6A-

Ioan. 12. captiuam duxit captiuitatem. Quin & ipse Dominus apud Ioannem prædixerat, Ego si exaltatus fuero à terra, & quo: in crucem, in aërem, omnia ultra elementa, in cælum ad dexteram Patris: *Omnia traham post me.* Quid quæso trahet: corda, voluntates, corpora, animas, magnos & paruos, Reges, Philosophos, Hebræos, Gentiles, diuites & pauperes, denique omnia.

Ezech. 1. Et quoniam de electo & succino mentio incidit, vt conceptus meus in sacris literis fundatos asseram, dico, virum illum, qui nubibus quadriga volans Ezechieli visus est ex electo fuisse, quod metalli species est auro argenteoque intermixto, *De medio ignis quasi electi species.* Iesu Christi hic sine dubio persona denotabatur, quæ è duabus constat naturis, humana simul & diuina sine vlla confusione tamen aut mixtione: dicunt autem nonnulli electrum idem esse quod succinum: quod si ita sit, satis hoc aptè propositæ conuenit materiæ. Succinum enim, vt paulò ante diximus, festucas & minuta quæque attrahit, ac supra terram extollit: Christus autem hodie idem omnino fecisse comperitur, hominem (quem Iob festucæ comparat dicens *stipulam siccam persequeris*) in cælum sustollendo, & tantam hominum multitudinem secum educendo. Quod tantopere Reges olim & Prophetæ exoptauerant, dum tot abhinc seculis clamauerunt, *Exurge Domine in præcepto, quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te, & propter hoc in altum regredere.*

Iob 13. O diem felicem! o triumphum verè gloriosum! *Beati oculi, o Angeli, qui videtis, quæ vos videtis!* hodie igitur in cælo, non sine admiratione cunctorum Angelorum resonat Propheticum illud acroama, *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Hodie magnus ille & supremus viuentium & mortuorum iudex institutus est: *Pater omne iudicium dedit filio,* hodie filius hominis Rex declaratus est, & super omnes mundi Reges constitutus, *Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ.*

Psal. 7. Hodie, miseri & proscripti exules, exilio reuocamini: hodie in patriam redeundi liber vobis conceditur facultas. Hodie captiui, velles ferrei, & portæ aeneæ carceris vestri constringuntur, *Dirupit portas aëreas, & velles fer-*

Psal. 109. reos confregit. Hodie, peccatores, æternæ cœli fores referantur: & acclamantes audiuntur Angeli, *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales.* Hodie eiectus, armatus ille Cherubinus, qui ad ianuam paradisi terrestris collocatus erat, fugatur, & clauis illius S. Pet. o committuntur.

Ioan. 5. Hodie quoque, sancti Apostoli, Dominus ac magister vester vobis supremum vale dicit. *Ecquæ vobis, antequam hinc digrederetur, locutus est: quos epilogos, quas doctrinæ recapitulationes, quæ documenta, quæ præcepta tradidit, & quomodo vos consolatus: quid non de futuro Euangelij & Ecclesiæ successu aperuit: Quomodo persecutiones Iudæorum, feritatem tyrannorum, & hæreticorum nequitiam præmonuit?* Hodie per vniuersum vos terrarum orbem destinavit, suam vt doctrinam annuncietis: illiusque mirabilia diuulgaretis, hodie vobis, idque vltimo, prædixit Iudæam breui euertendam, gentiles conuertendos, omnes Monarchias in nihilum redigendas & crucifixum ab oriente in occidentem regnaturum.

Psal. 88. Hic scilicet triumphus Iesu Christi est, paucis comprehensus: hoc admirabile ascensionis mysterium est. Exultate igitur, Christiani Auditores, cum Angelis, & canite, vestraque cantica cum cœlestibus cant eis coniungite, *Psal. 48.* *Psalite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite sapienter.* Quid ni: *ascendit enim Deus in iubilò, & Dominus in voce tubæ: vt Deus ab Angelis cum iubilo exceptus est, & velut homo, in voce tubarum.* Hoc ipsum imitamini terræ incolæ, corda vestra iubilent & cantica exultationis depromant, linguæ verò buccinarum clangore perstreant.

Psal. 88. Ad hæc conijcite oculos in illum, qui hodie in sublime ascendit, illius viam & progressum considerate, attendite iter quod ad cœlum ducit: *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos.* Prius enim descendamus oportet, quam ascendamus, nosque illius exemplo dimittamus, si in sublimia habitacula admitti velimus. A qui vbi videritis, illum ad dexteram Patris confidentem, videte quantum mutatus ab illo: notate rerum vicissitudinem: videte dolorum & iniuriarum finem: qui iam nuper tot supplicia, tot calumnias, tot iniurias perpeffus erat, quique tam infami in monte Cal-

reos confregit. Hodie, peccatores, æternæ cœli fores referantur: & acclamantes audiuntur Angeli, *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales.* Hodie eiectus, armatus ille Cherubinus, qui ad ianuam paradisi terrestris collocatus erat, fugatur, & clauis illius S. Pet. o committuntur.

Hodie quoque, sancti Apostoli, Dominus ac magister vester vobis supremum vale dicit. *Ecquæ vobis, antequam hinc digrederetur, locutus est: quos epilogos, quas doctrinæ recapitulationes, quæ documenta, quæ præcepta tradidit, & quomodo vos consolatus: quid non de futuro Euangelij & Ecclesiæ successu aperuit: Quomodo persecutiones Iudæorum, feritatem tyrannorum, & hæreticorum nequitiam præmonuit?* Hodie per vniuersum vos terrarum orbem destinavit, suam vt doctrinam annuncietis: illiusque mirabilia diuulgaretis, hodie vobis, idque vltimo, prædixit Iudæam breui euertendam, gentiles conuertendos, omnes Monarchias in nihilum redigendas & crucifixum ab oriente in occidentem regnaturum.

Hic scilicet triumphus Iesu Christi est, paucis comprehensus: hoc admirabile ascensionis mysterium est. Exultate igitur, Christiani Auditores, cum Angelis, & canite, vestraque cantica cum cœlestibus cant eis coniungite, *Psalite Deo nostro, psallite Regi nostro, psallite sapienter.* Quid ni: *ascendit enim Deus in iubilò, & Dominus in voce tubæ: vt Deus ab Angelis cum iubilo exceptus est, & velut homo, in voce tubarum.* Hoc ipsum imitamini terræ incolæ, corda vestra iubilent & cantica exultationis depromant, linguæ verò buccinarum clangore perstreant.

Ad hæc conijcite oculos in illum, qui hodie in sublime ascendit, illius viam & progressum considerate, attendite iter quod ad cœlum ducit: *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos.* Prius enim descendamus oportet, quam ascendamus, nosque illius exemplo dimittamus, si in sublimia habitacula admitti velimus. A qui vbi videritis, illum ad dexteram Patris confidentem, videte quantum mutatus ab illo: notate rerum vicissitudinem: videte dolorum & iniuriarum finem: qui iam nuper tot supplicia, tot calumnias, tot iniurias perpeffus erat, quique tam infami in monte Cal-

Caluarie morte expirarat, hodie Deo Patri omnipotenti proximus, ad Aeterni dextram confidet, super omnes creaturas cunctus.

O diem mirabilibus plenum! o triumphum vere regium! Ah mundi Saluator Christe, qui humilitate tua (alia vt interim taceam) ad tam spectabilem adeoque dignum locum euchi meruisti, fac obsecro, vt eadem nos virtus eodem deducat, scimus enim superbia animas in tartarum detrudi, humilitate vero in coelum sustolli. Quapropter ab hoc nos vitio libera, & diuinam illam e contra virtutem concede.

Cumque hodie ad coelum ascendas, ipsum nobis aperias, viamque ingrediendi sternas, ac gratiam praesta, vt eodem etiam pertingamus, teque tandem sequi valeamus. Verum interea dum hoc expectamus, gratiam nobis tuam communica, nostri recordare, & liberalem & magnificum ob hunc ascensum

Regum mos in coronationis suae. Sic. Reges & Reges terrae in die coronationis regni munificos se erga subditos ostendere, suamque liberalitatem patefacere, tu vero hodie Rex Regum corona gloriae redimitus es, hodie amplissimi caelorum regni possessiones adire coepisti: gratiarum igitur tuarum munificentiam declara, beneficium te erga subditos, qui legitime tuae creatura sumus, exhibe, commissam iam olim benignus dimitte, in futurum benedictionem nobis tuam imperite, vt tandem aliquando ad locum, vbi tu in felicitate aeterna regnas, peruenire mereamur: ad quam nos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus deducere dignentur.

Amen.



Deffide Sanctiss

IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS.

Partitio.

- I. Messie aduentus pacificus, non bellicosus.
- II. De S. Crucis figuracione, deq; triplici cruce.
- III. De titulis a SS. Patribus peritis.
- IV. Serpentis in deserto exaltatio cruci conueniens.
- V. De Christo crucifixo, vt miraculum factus multis.
- VI. De S. Crucis virtute & efficacia, & a quo primum inuenta.
- VII. Historia inuentionis, & cur sic festiuitas appellata.

Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, Ioan. 3.

FIGURA.

Insigne sane prodigium, ac non minor fuit Israelitici populi, e Persica captiuitate reduntis, letitia, cum profundo e puteo sacrum educi ignem illum vidit, quem ante captiuitatem ibidem maiores defoderant. At longè maior Christianorum stupor sit & letitia oportet, gloriosam Christi crucem tot annorum spatio in subterraneis fossis delitescentem, post tot secula euoluta prodigiosè erui, & in apertum proferti. Nehemias summus sacerdos ignem detexit, Helena Imperatrix crucem inuenit. Statui ipse mecum hac matutina hora omnem rei seriem exponere, & mysterium latius deducere. Sed primò ad Spiritus paracliti opem conuertamur, quò plenam rei notiam consequamur, & ad Deiparam Virginem, suis vt ipsa nobis adsit suffragijs, atque idcirco genibus humi defixis, & animis sursum libratis, Angelicam illi salutationem recitemus.

AVE MARIA.

Sacra Bibliorum volumina, in quibus mille in propemodum locis, & nusquam non Messias Messias nobis aduentus promittitur, vt plurimum eum bellator

Aa

yclus